sa: mandamos, que lo peche doblado à su dueño (*a*), las setenas (*b*) al Rey: esta pena hayan aquellos que alguna cosa furtáren, por el primero furto: è si no hubiere de que lo pechar, ò si ficiere despues otro furto (*c*), hayan la pena que es escripta en la Ley (*d*) de las penas.

Ley tercera.

TOdo home que demandáre bestias, ò otra cosa que diga que la perdió por furto, ò por otra guisa, ò que diga que es su-

---

meam in aliena domo perquirere: *vide Ci. & Bal. in l.* 2. *C. de servis fugi.* Et circa hanc materiam nota, quòd non excusatur fur rem contractans alienam etiamsi dicat dominum permissurum: *ut §. placuit inst. de obli. quæ ex delict. nas. & l.* 1. *ff. de furtis*, & nisi appareant verisimiles conjecturæ ad præsumendum tacitam domini voluntatem, quòd bonus Judex arbitrabitur ex conjunctione personarum, & qualitate facti, & ex alijs circunstantijs, imò etiamsi dominus rei diceret, quòd de consensu suo res fuit capta, hoc solum non sufficit ad excusandum furem: *ut notat Bar. in l. inter omnes*, §. *ratione*, *ff. de furtis.* Consulitur ergo recipienti rem alienam, si vult evitare suspitionem furti, ut faciat præconizari, & intimari inventionem furti: *ut in hac l. & l. falsus*, §. *qui alienam, ff. de furtis*, *& notat glos. in cap. quia frustra*, *de usuris*: & si quid expendit reperiens rem recuperat: *ut ibi not. & etiam notat ibi Hostien.* quòd non est iniquum dicere, ut aliquid detur inventori: *arg. in le.* 4. *in fi. de condi. ob causam, quòd dictum commendat Abb. in cap. dudum* 2. *de electio.* 8. *colum.* Item nota, quòd furtum vel aliud maleficium propter difficultatem probationis probatur per testes, qui aliàs non admitterentur, scilicèt, per socios vel per familiares, quòd fur intravit domum, & quòd hostium videtur fractum, vel quid simile, quia cum in die maxime in nocte non sunt in domo nisi socij, & domestici familiares, oportet necessario quòd admittantur in testes: *pro hoc est text. in simili in l. consensus, ff. de re pu. & c. veniens* 2. *de test. notat Abbas in c. fi. quòd met. caus.*

(*a*) A SU DUEÑO. Et idem, & alij cuicumque interest rem non fuisse furatam: *ut text. cum glos.* 1. *in l. manifestissimis*, *C. de fur.*

(*b*) LAS SETENAS. Quid enim debet æstimari in his septimis, dic quòd quandoque quis agit furti ratione dominij rei subtractæ, & tunc æstimatio fit respectu veri dominij: *ut l. in furti, ff. eod. tit. & ibi Bar. in princ.* quandoque fit respectu interesse, & tunc illud æstimatur: *ut l. si vendidero*, *in princ. ff. eod. tit. quòd dic ut notat Bar. in alleg. l. in furti.* Est tamen commendandum, quòd in sententijs criminalibus, cum pœna corporalis imponitur sub conditione, scilicèt, si non fuerit soluta pœna pecuniaria, ut hic valet talis sententia, quia ista est sententia quæ oritur ex ipso delicto, & ex processu causæ: *& hoc per glos. notabilem*, *& approbatam in l. cum judex, C. de sen. & inter. om. jud. & ibi per Bal.* & ita practicatur, & idem dicit ipse in qualibet sententia quæ fertur ex contumacia futura: *ut extra de sen. excom. cap. sacro. & facit quòd notatur in l. in civile*, *C. de furtis.*

(*c*) OTRO FURTO. An fiunt plura furta ex una contractione: *vide plenè in l. vulgaris*, *ff. eod. tit. & ibi per Bar.*

(*d*) EN LA LEY. *Quæ est suprà eod. lib. tit. de pœnis*, *l.* 6. Et circa hoc nota, quòd licèt fur sit criminaliter punitus, non tamen debet dimmitti, nisi re furata prius domino restituta: *ut in auct. ut judi. si. quo. suffra.* §. *opem autem*, *& in auct. ut li. ma. & aviæ*, §. *illud*, *& not. in l. interdum*, §. *qui furen*, *ff. eod. tit. concord. for. juz. lib.* 8. *tit.* 5. *l.* 6. *& tit.* 4. *l.* 1. *& vide Styllo l.* 25. qualiter autem aggravatur pœna furti commissi si fur deprehendatur cum furto: *vide Styllo ubi suprà.*

ADDICION.

Para declaracion desta Ley, vey la Ley 25. *de la* 7. *Part. tit.* 14. *vey la Ley del Estilo, que es* 109. *que dispone, quando la cosa furtada se falla en poder de alguno, lo que se debe de hacer.*

(c) 2008 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación